

» iusta videtur. Altera, nostro sal-
» tem iudicio, accuratior erit, si
» ita distinguamus. Aut horum fa-
» sciculorum unus ab alio non de-
» pendet; aut destinantur ad effor-
» mandos tractatus, quibus unus
» est finis, ita ut haberi possint
» veluti partes eiusdem operis. In
» primo casu excommunicatos le-
» gentes non habebimus, dummodo
» plurimorum iudicio fasciculi illi
» libri non censeantur; in alio ca-
» su, non videmus quomodo illa-
» ta excommunicatione eximi pos-
» sint. » (1)

Doctus Frassinetti in suo Com-
pendio Theologiae moralis *vol. II.*
pag. 535 affirmat: « Neque haec
» excommunicatio incurritur, si le-
» gatur sermo separatim editus,
» qui dici nequit liber. »

De Varceno *Compendium Theo-*
logiae Moralis Vol. II, pag. 416
quaerit. « An Ephemerides seu
» diaria eorumdem haeresim pro-
» pugnata sub hac censura sint
» prohibita? »

Respondet Avanzinium excri-
bens: « Non videntur, inquit, sub
» hac censura prohibita; quia dia-
» ria quousque folia manent per se
» completa non veniunt sub nomine
» librorum. » Addit tamen: « Si vero
» haec diaria sint fasciculi perio-
» dice editi aliquo constantes vo-
» lumine, sub hanc censuram ca-

(1) Attamen ut lectores incurrant excommunicationem oportet ut noverint, et fasciculos illos fuisse conscriptos a manifesto haeretico vel apostata, quod nesciunt, nisi in fronte gerant Scriptoris nomen; et ut in illis propugnetur haeresis, quod pariter nesciunt nisi prius legerint.

» dunt; singuli enim sunt veri li-
» bri, aut integrae, vel fere inte-
» grae partes libri reprobati. »

Tandem, ut alios praetermittamus,
doctissimus Vecchiotti *Inst. Cano-*
nicae Vol. II, pag. 336, nota 3,
scribit: « Secundo quaeritur: an
» manuscripta, scripta periodica
» (vulgo riviste, revues), fasciculi
» (vulgo cahiers), et diaria seu
» ephemerides (vulgo giornali,
» journaux) haeresim propugnantes
» sub hac censura comprehendan-
» tur? » Et respondet: « Agitur de
» interpretatione strictim facienda,
» utpote quae versatur in materia
» odiosa praecepti imponendi, poe-
» naeque infligendae; adeoque ca-
» nonis loco statui potest, id solum
» comprehendi in hoc articulo quod
» *libri* nomine proprie venit. »

Igitur antiqui sacrorum cano-
num tractatores qui in Bullam
coenae commentaria instituere, ex
qua Pianus articulus desumptus est,
disertis verbis affirmarunt, parvae
molis scripta, multo magis epheme-
rides, non venire librorum nomine,
ideoque sub praedicta Bulla non
comprehendi; commentatores pro-
pemodum omnes Constitutionis *A-*
postolicae Sedis idipsum in re affir-
mant, iisdem ducti argumentis, quae
certe spernenda non sunt; senten-
tia igitur nostra nititur gravissimo
fundamento intrinseco, tum prae-

cipuae extrinsecae auctoritati; quo
igitur iure lectores ephemeridum
excommunicatos proclamabimus,
cum agatur praesertim de facto
practico, in quo neminem excom-
municatum habere debemus, nisi
certo constet, factum illud sub lata
lege comprehendi?

At id minime constat. Quid enim?
Nonne Pius IX, qui anno 1869 Con-
stitutionem *Apostolicae Sedis* pro-
mulgavit, noverat mundum univer-
sum perniciosissimis ephemeridi-
bus inundari? Nonne noverat, eph-
emerides neque libros dici posse,
neque librorum nomine venire?
Qua igitur de causa eas disertis
verbis non prohibuit, easque arti-
culo secundo comprehendit? Di-
cendus est ergo *sciens prudens* il-
las praetermississe, consequenter ex-
pressisse quod voluit, noluisse quod
non expressit. Sin minus enim ex-
communicasset ephemeridum per-
niciosarum lectores, Deus tantum
novit, quot catholici excommuni-
cationem illam incurrissent; atque
dum limitando censuras, mitior ha-
beri voluit, severitatem in re ad-
hibuisset, qua usi anteriores Pon-
tifices non fuere; atque hac una
excommunicatione ingentem catho-
licorum numerum extra ecclesiam
proiecisset. Quod certe noluit.

Attamen non inficiamur, auctores
adesse qui oppositam propugnant
sententiam, quos inter praestantissi-
mos scriptores *Civilitatis Catholi-*

cae; eorum ratiocinia tamen nobis
solida non videntur. Etenim quod
dicunt praedicti Scriptores, ideo e-
phemerides a libris differre, quia
illae constant parvis aut brevibus
foliis, quae quotidie eduntur, hi
autem plurimis foliis simul editis
et compactis, (1) nil aliud demon-
strat quam parva illa folia libros
non esse usquedum separata ma-
nent; alios autem esse libros pro-
prie dictos. Quod si insinuare vo-
luere, etiam praedictas ephemer-
ides ad volumina constituenda de-
stinari, negare in genere supposi-
tionem possumus; etenim quamvis
fateamur quotidianas publicationes
ephemeridum colligari tractu tem-
poris uno vel plurimis posse vo-
luminibus; attamen neque ad hoc
destinantur, neque ad hunc finem
eduntur: huius rei testes inelu-
ctabiles sunt comestibulum vendi-
tores, et latrinae sive publicae sive
privatae. Addimus, finem praeci-
puum ephemeridum esse divulga-
tionem factorum publicorum, mi-
nime doctrinae corpus constituere;
dum finis librorum prohibitorum
in cit. Pianae Constitutionis Capite
est propugnare formaliter haere-
sim, scilicet eam argumentis com-
munire, et ab obiectis defendere,
prout mos est catholicorum circa
catholicas doctrinas. Addimus de-
mum, per supra expositum argu-
mentum neque tangi, multo minus
labefactari, doctorum argumenta,

(1) *Serie VIII, Vol. VI, pag. 648.*

quibus ephemerides censu librorum excludunt.

Ex his itaque nobis concludere licitum erit, ephemerides proprie dictas, uti *La Capitale, il Messaggero* etc., venire non posse librorum nomine, neque comprehendendi in prima parte Capitis II Pianae Constitutionis.

II. Perpendamus hinc utrum comprehendantur in secunda Capitis parte, qua interdicitur sub excommunicationis poena speciali modo pariter reservata lectio librorum cuiusvis auctoris per literas apostolicas nominatim prohibitorum.

Atqui et huic quaestioni breviter quidem, sed negative respondendum esse censemus: tum quia in hac secunda capitis parte vox *libri* eodem sumitur sensu; tum quia hi libri prohiberi debent per litteras apostolicas ex. gr. Brevia, Bullas, Encyclicas, aut aliud aliquod pontificium documentum *auctoritate apostolica* latum. At quanam est Bulla, Breve, aut aliud pontificium documentum, quo perniciosae ephemerides sub excommunicationis poena prohibita sunt? Ubi reperitur? Nos quidem nescimus; et e contra novimus, neque allocutionem a Pio Papa IX habitam die 1 Novembris 1874, neque epistolas circulares datas ab Eminentissimo Cardinali Urbis Vicario anno 1871, vim pontificii documentum auctoritate apostolica lati habere, ut infra videbimus.

Hinc ad expendendum argumen-

tum deductum ex fine latae prohibitionis gressum facimus. Et ut sincere loquamur, haec est ratio praecipua, cui innituntur illi, qui putant, ephemerides perniciosas, seu haeresim propugnantes, comprehendendi in censu librorum Cap. II. Constitutionis *Apostolicae Sedis* prohibitorum. Porro eiusmodi finis ad id tendit, et ut incorruptum fidei dogmatumque catholicorum depositum servetur, et ut catholici periculo perversionis sive circa dogmata, sive circa moralia praecepta immunes serventur.

Certum tamen est, non finem legis universaliter consideratum, sed finem constitutum et a legislatore intentum volitumque, atque comprehensum infra verba, quibus lex promulgata fuit, illum esse, qui in casu in lectores perniciosarum ephemeridum comminatum excommunicationem induceret. Si eiusmodi principium negemus, et e contra constabiliamus, excommunicationem incurri propter transgressionem finis universalis latae legis, quin ullus ad verba quibus promulgata fuit, respectus habeatur, in irritum profecto mittemus regulas et axiomata quaecumque, quibus in interpretatione legum poenaliolum ducimur. In citandis exemplis Constitutioni *Apostolicae Sedis* insistemus.

Cap. III, tit. 1, Pius Papa IX excommunicationi subiicit *Schismaticos et eos, qui a Romani Pontificis pro tempore existentis obe-*

dientia pertinaciter se subtrahunt vel recedunt. Finis, quem lata lege, sibi Pontifex praestituit, est integram unitatem catholicam conservare, quae per inobedientiam mandatis Pontificis Romani rumpitur. At hic finis nedum violatur ab Schismaticis, sed ab iis etiam qui Schismaticis auxilium, consilium, favorem praestant, multoque magis ab iis qui schisma faciendum mandant; etenim et hi unitatem catholicam abrumpere conantur. Si igitur quicumque legis finis attendendus esset, etiam mandantes, consulentes, et auxilium vel favorem schismaticis praestantes excommunicationi subiiciendi essent. Attamen nemo hos excommunicatos proclamat. Non alia profecto de causa nisi quia sub verbis quibus promulgata fuit haud comprehenduntur; in ea enim excommunicantur uni schismatici proprie dicti, quorum scilicet schisma de facto constet.

Pariter finis quem tum Capite V, tit. 1, tum Cap. II, tit. II sibi Legislator proposuit, fuit integrum conservare decus, honorem, dignitatem et immunitatem S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Episcoporum, aliorumque Clericorum, quorum profecto dignitas in pesum iret, si impune aut percuterentur, aut in carcerem conicerentur, aut interficerentur. Certum tamen est, honorem Ecclesiae viris, et multo magis, dignitatibus, debitam, minus aliquando percussio-

offendi, quam contumeliis, dictariis, calumniis in publicum sparsis, atque aliquando in faciem prolatis. Ergo ratione finis, etiam illi uti excommunicati essent habendi qui eiusmodi in ecclesiasticos perpetrant. Nemo tamen hos excommunicatos proclamat, quia hi sub verbis legis non comprehenduntur, qua tantummodo excommunicantur *omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, etc. Cardinales, Patriarchas etc., et iniicientes violentas manus, suadente diabolo, in clericum etc.*

Et ne limites Capitis quod expendimus egrediamur; nemo certe negaverit se periculo peccandi contra fidem vel sanam morum doctrinam exponere tum qui libros proscriptos legit, tum qui eorum lectionem audit, atque eundem violare finem eiusmodi librorum lectionem consulentes. Attamen neque audientes, servatis servandis, neque consulentes ab Bullae coenae expositoribus excommunicati habentur.

Prae omnibus audiatur Schmalzgrueber tit. VII de haereticis *nn. 49, 50.* « Si primum, tenetur excommunicatione, quia iubens ita » praelegi, in morali aestimatione » ipse censetur legere, cum ex » generali regula, quod quis facit » per alium, perinde sit ac si faciat » per seipsum. Si secundum, non » afficitur excommunicatione, quia » eo casu legere ipse moraliter non

» censetur. Quod extendit P. Wiener etiam ad eum qui talem librum praelegi aliis mandat, vel consulit, sed lectionem ipse non audit, quia cum libri lecti haereses nec visu, nec auditu mediante percipiat, non potest censeris legens, qui solus excommunicatione ista afficitur. Excipit casum, nisi mandato vel iussu suo haeresi favorem praestet. »

At hoc postremo casu excommunicationem incurreret ut haeresi favens, ideoque ex primo capite Const. *Apostolicae Sedis* excommunicatione plecteretur.

Sapienter igitur, ut ceteros omnes praetermittamus, Vecchiotti *loc. cit.* ita ratiocinia ducit: « Nec iuvat dicere quod sermo sit de causa fidei, de legibus ad eam tuendam latis, quae latam interpretationem merentur; nam si hoc statuatur principium, nulla lex ampliari non deberet; siquidem nulla adest lex quae, iuris naturalis obsequio, virtutisque observantiae non faveat; quod nemo umquam iuris canonici peritus admisit. »

Hinc demonstratum censemus, vulgatum axioma *manente fine legis, manet ipsa lex*, non esse intelligendum de fine universali, quique quomodolibet ad legem latam referatur, sed de fine proximo et immediato, qui ipsis verbis legis determinatur et circumscribitur: secus nescimus, an posita etiam limitatione censurarum a Pio Papa IX

promulgata, catholicus adsit qui aliquo modo excommunicatus non sit, quod finem latae legis quomodocumque violaverit.

Post haec rem inutilem facturos non arbitramur si nonnullas difficultates enodaverimus, quas contra nostram sententiam obiectas reperimus. Dicunt itaque 1° hanc legem non odiosam sed favorabilem esse, utpote quae promulgata fuerit in conservationem fidei et christi fidelium salutem; sed quod favorabile est, extendi debet, non restringi; ergo lex haec etiam ad perniciosas ephemerides est extendenda.

Huic difficultati ea respondemus quae supra ex cl. Vecchiotti retulimus. Sed ante eum Schmalzgrueber, *loc. cit. n. 35*, huic ipsi difficultati ita responderat: « Si Constitutio huius Bullae quatenus censuram excommunicationis infligit legentibus libros haereticos simpliciter favorabilis esset, quod in favorem fidei et defensionem fidelium ordinata sit, etiam favorabilis simpliciter foret lex poenalis qua homicidae et latrones puniuntur, cum et ipsa ad bonum Reipublicae, et defensionem innocentiae ordinetur. » Atque id ipsum dicatur de qualibet alia poenali lege.

Dicunt 2° hos articulos haeresim propugnantes aut constituros, aut posse considerari veluti partem alicuius libri haeretici.

Esto: At si articuli praedicti fu-

turi sunt pars libri alicuius haeretici; ergo hic et nunc non sunt pars; lex autem lata non fuit contra id quod considerari potest, sed quod de facto est. De cetero ephemeridum quotidianarum articuli, numquam fuerunt pars alicuius libri haeretici, ideoque comprehendendi non sunt sub lata lege. Addendum, non quolibet numero eiusmodi ephemeridum haeresim propugnari; atque insuper nesciri antequam legantur, an haeresim propugnent; nesciri insuper an auctores sint haeretici, et ad quam sectam pertineant; impossibile consequenter est quod sub Cap. II Pianae Constitutionis comprehendantur.

Dicunt 3° etiam talibus ephemeridibus animum catholicorum perverti, vel saltem incurrere perversionis periculum.

Ad quod respondemus, et hanc rationem identicam esse cum ratione finis, in eamque refundi; et constitutiones poenales neque ob identitatem rationis extendi posse de casu in casum, et valde discrepare librorum rationem ab ratione eiusmodi ephemeridum vel articulorum; etenim, ut scite advertit Schmalzgrueber *loc. cit.* libri manent diutius, et maioris sunt auctoritatis; e contra non omnes emunt ephemerides perniciosos articulos legendi, multo minus meditando, sed notitias politicas cognoscendi gratia; neque illas emunt ut eas conservent, sed maior lecto-

rum pars, post lectionem ad viliores usus adhibent; catholici autem dum haereticos articulos legunt, ira excandescunt, et auctores contemnunt; plurimi, notitiarum contenti lectione nil aliud legunt. Hae insuper ephemerides facillime deperduntur, aut lacerantur; et quia non quilibet numerus haereses continet, vel articulos completos, si numeri anteriores deperdantur, caeteri inutiles, vel fere redduntur. E contra qui emunt vel legunt libros manifestorum haereticorum, aut per litteras apostolicas prohibitos, eos malo animo emunt leguntque, in iisque meditantur; postquam insuper legerint, non eos proiciunt, prouti proiciunt ephemerides, sed diligenter eos reponunt servantque: libri enim non emuntur obolo; at quidquid pluris aestimatur, diligentia custoditur. Differentia igitur inter libros proprie dictos atque ephemerides maxima est; atque aliunde cuncti axioma noverunt: *Lex poenalis non est extendenda de casu in casum.*

Quid ad haec? opposituri ne erunt ea quae in suo Commentario pag. 34 profert Rñus Formisani Nolanus Episcopus, qui timet ne inutilis lex fiat, si ephemerides excipiantur? « Profecto, inquit, Titius domi retinet duo exemplaria operum ex. gr. Lutheri; illud compactum, hoc nondum compactum, ergo iuxta horum sententiam, (quam scilicet defendimus), si Titius legat opera iam

» in volumen compacta, excommunicatione percellitur; si autem » non compacta, excommunicatione » eximetur.»

At doctus Episcopus minime animadvertit propositum casum a nostro omnimodis discrepare. Opera enim Lutheri compacta, nec ne sint, differunt tantum exteriori forma, non quantum ad substantiam attinet, sicut ex. gr. nullimode relate ad substantiam differt opus certi auctoris compactum a nondum compacto; neque animadvertit, haec duo exemplaria praeserere Lutheri nomen, cuius opera condemnata fuere per apostolicas litteras; Lectorem insuper dum legit partem operis non compacti, legere partem operis iam existentis, completi, notissimi, atque damnati, ad instar illius qui paullatim legit opus aliquod iam compactum; atque exinde non perspicimus quaenam adsit similitudo inter propositum a Rmo Formisano casum, et casum nostrum. Neque exinde lex lata inutilis redditur. Etenim quaelibet lex, poenalis praesertim, non id intendit ut obtineat omnes possibiles effectus, sed illos tantum quos verbis comprehendit; hinc tum solum lex inutilis redderetur, si exclusis ex. gr. ephemeridibus, nullum consequeretur effectum et bonum; hoc enim tantum casu valet argumentum deductum ex inutilitate latae legis. At in casu nostro id minime sequitur; etenim et firma consistit excommunicatio lata in legentes

libros propugnantes haeresim, atque insuper adsunt speciales rationes, quibus demonstratur ephemerides noxias sub librorum censu non esse comprehendendas.

Argumentum igitur a Rmo Nolano Episcopo propositum solidum esse non videtur, ipsumque oppugnari a praestantioribus doctoribus. Neque illud praetermittimus, quod ipsemet sub fine articuli, pag. 35 confitetur, in proposito casu *reperiri veram practicam difficultatem, cui generalis responsio dari nequit, tum quia ephemerides non semper continent atque propugnant haeresim, tum quia tales ephemerides uti cito nascuntur, ita cito intereunt.*

Ipsae tamen hanc practicam difficultatem superare nititur huiusmodi: « In genere dici potest, » ita inquit sermone tamen italico, » ut notum est, quod cum homines docti atque prudentes, et » praesertim auctoritas ecclesiastica » notum fecit, his vel illis ephemeridibus haeresim propugnari, graviter prohibitum esse fidelibus » eas legere, ne perversionis periculum incurrant, et si in his vel » illis ephemeridum numeris haeresis reapse propugnetur, incurritur excommunicatio. »

At non putamus, lectorum nostrorum mentem eiusmodi abripi ratiocinio.

1°. Quia consequentia logice ex praemissis non profluit.

2°. Quia non sunt homines docti

et prudentes qui possint excommunicationem inferre, sed Episcopus pro sua Dioecesi, Pontifex Romanus pro universis catholicis. Exinde vero non negamus, post eiusmodi consilia ab auctoritate ecclesiastica praesertim porrecta, talium ephemeridum lectores graviter peccare; at negari neque potest, eos graviter peccaturos etiam sine eiusmodi consilio, si scientes volentesque ephemerides perniciosas legerint.

3°. Quia ad inducendam excommunicationem satis non est prohibitio simplex talium ephemeridum; sed requiritur prohibitio sub poena excommunicationis.

4°. Quia cum lectores nesciant, an hic vel ille ephemeridum numerus haeresim contineat, quomodo excommunicationem latam incurere poterunt, cum Pius Papa IX excommunicarit legentes *libros cuiusvis auctoris per apostolicas litteras nominatim prohibitos*; de quibus consequenter antea sciendum est quod contineant haeresim?

5°. Quod si Rmus Episcopus Formisano id significare vult (quod quidem non videtur, attamen dicere necessario deberet suae sententiae defendendae gratia), incurri scilicet excommunicationem, quia ephemerides hae vel illae (ex. gr. la Capitale) *in globo*, ut dicitur proscriptae fuere, nempe quilibet earum numerus; hoc in casu, et dato quod prohibitio lata fuerit sub poena excommunicationis latae sententiae,

ad incurendam censuram necessarium non esset legere numeros haeresim propugnantes, incurreretur enim cuiuslibet lectione numeri quamvis ab haeresi immunis; ad instar prorsus illius qui legeret partem libri per apostolicas litteras nominatim prohibiti, quamvis pars illa nullum contra fidem errorem vel propugnaret, vel contineret. Etenim legislator integram sub excommunicationis poena librum prohibuit, quamvis nosset non omnes paginas haeresim continere, plurimas insuper esse quae veritati nituntur.

III. Inquirere tertio loco debemus utrum ob allocutionem a Pio Papa IX habitam die 4 Novembris an. 1874 contraria sententia confirmetur, nostra autem detrimentum recipiat. Quod omnino negamus.

Revera, dato et non concesso, quod citatae Allocutioni ea tribuatur vis quae legibus proprie dictis tribuitur, quod inferius expendemus, nil aliud inferret quam confirmationem legum iam existentium atque promulgatarum. « Alias, » dicit Pontifex, eiusmodi ephemerides a nobis prohibita fuere; et » nunc iterum eas prohibemus, et » ut melius loquamur, *confirmamus antiquas prohibitiones cum adnexis censuris.* »

Consequenter Pius Papa IX, allocutione praedicta non promulgavit novam prohibitionem, sed antiquas, seu iam existentes confir-

mavit. Ergo confirmatio ab eo facta tantum inferet quantum inferebant antiquae prohibitiones circa ephemerides haeresim propugnantes, et nihil aliud.

At quaenam sunt eiusmodi antiquae prohibitiones? Pontifex unam exhibet ab ipsomet indictam; atque continetur in epistola ad Eminentissimum Cardinalem Urbis Vicarium data sub die 30 Iunii 1881, qua inter alia haec praecipit: « Interim ut malorum tot eluvioni » ager aliquis opponatur, Epistolam Parochis mittes, dilecte filii noster, ut admoneant Paroecianos, nonnullarum ephemeridum, quae praesertim hic Romae evulgantur, lectionem esse ipsis interdictam; atque haec inhibitio ita denuntietur, ut cognoscant qui violant, violationem hanc non veniale, sed grave esse peccatum. » *Acta S. Sedis, Vol. VI, pag. 342.*

Pius IX igitur prohiberi vult perniciosas ephemerides sub peccati mortalis poena, non excommunicationis. Lectores igitur eiusmodi ephemeridum graviter quidem peccabunt, at excommunicati non erunt.

Eminentissimus Cardinalis Vicarius epistolas circulares reapse ad Parochos dedit die 6 Iulii 1871, quibus praecipit. « Declarent porro RR. Parochi, ex ipso naturali iure huiusmodi ephemeridum lectio-

» nem Catholicis prohiberi ob proximum quod adeunt periculum » in fide deficiendi; quumque de » praeepto in re gravi agatur, qui » violant, non venialis, sed gravis » culpa reos ante Deum evadere. » *Ibid. pag. 345.*

Ne quis autem excusationem adducat, « nescire se quaenam sint ephemerides summopere impudentes, fictae, mendaces, et irreligiosae, quas proscribi vult Pater Sanctissimus, praecipuas adnotamus (1). » Atqui hae omnes ephemerides impudentiores sub gravi culpa prohibentur, minime sub poena excommunicationis. Ergo allocutio diei 1 Novembris 1874 referri non potest ad hanc prohibitionem diei 6 Iulii, anni 1871.

Perpendamus hinc utrum referatur ad generales prohibitiones quae in regulis Indicis habentur, ut Commentator Patavinus arbitratur.

Atqui 1° Patavini sententia nobis admodum obscura videtur. Primum dicit, Pium Papam IX verbis: *renovamus antiquas prohibitiones cum adnexis censuris* intellexisse *generales prohibitiones, quae in regulis Indicis habentur, quibus etiam adnectuntur censurae*; deinde affirmare videtur has censuras illas esse quae latae reperiuntur in Constitutione *Apostolicae Sedis*. « Nihilque aliud R. Pontifex suis ordinationibus praestitit, quam eas-

(1) *Id est* La Libertà Gazzetta del popolo - La Capitale Gazzetta di Roma - Il Tempo - Il Tribuno - Don Pirlone figlio - Il Diavolo color di Rosa - La Nuova Roma - La Raspa - La Vita nuova - La Concordia - Il Mefistofele. *Ibid. pag. 346.*

» dem prohibitiones renovare ac » confirmare, renovando una simul » adnexas censuras ad normam Constitutionis *Apostolicae Sedis*. »

Quid est hoc? Si Pius IX per verba *antiquas prohibitiones* regulas Indicis indigitare voluit, cum affirmarit se *renovare antiquas prohibitiones cum adnexis censuris*, hae erunt censurae latae in Indice, non latae in Const. *Apostolicae Sedis*. Si autem indigitavit prohibitionem librorum prohibitorum, de qua sermo est in Const. *Apostolicae Sedis*, adnexae censurae hae erunt, et minime censurae adnexae regulis Indicis. Ni fallimur tamen, sensus cl. Patavini Commentatoris hic esse videtur, Pium IX scilicet confirmasse quidem antiquas prohibitiones contentas in regulis Indicis, sed quantum ad censuras attinet, cum censurae in Indice latae nullam vim haberent, ut infra videbimus, illis adnexuit censuras latas Cap. II Const. *Apostolicae Sedis*.

At hoc in casu falsum esset, censuras fuisse adnexas antiquis prohibitionibus; non intelligeremus quomodo Pius IX prohibitiones illas quidem confirmarit, non autem adnexas censuras contra obvium verborum sensum; non intelligeremus insuper qua de causa perculerit excommunicatione speciali modo reservata lectores perniciosarum ephemeridum, cum hi in genere non adeo delinquant ut lectores librorum prohibitorum; hi enim

vetitos libros emunt et legunt scientes volentesque in contemptum Ecclesiae, illi vel aliis de causis, et nescientes an numeri quos emunt haeresim contineant, ut alias differentias praetereamus; atque aliis silentio pressis, Commentatori Patavino onus probandi incumberet, illum esse sensum verborum Pii IX; quod tum solum probare poterit cum authentica declaratio Pontificia accesserit. Demum non intelligimus et quomodo renovari lex possit, cui adnectatur sanctio diversae legis, quin exprimatur, et quomodo in casu poenam quis incurrat.

Et haec quantum ad processum logicum, in quo si opinio nos fefellit, veniam petimus.

Attamen verum ne est, Pium IX pro perniciosis ephemeridibus renovasse et confirmasse regulas Indicis cum censuris adnexis? Neganda sententia est 1°. quia post Constitutionem *Apostolicae Sedis* excommunicatio in Indice lata vim suam amisit. « Hac perpetuo valitura Constitutione, inquit Pius IX, decernimus, ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, quae per modum latae sententiae, ipsoque facto incurrendae hactenus impositae sunt, nonnisi illae, quas in hac ipsa Constitutione inserimus, robur exinde habeant. » Atqui excommunicatio lata in Indice est *latae sententiae*; renovata insuper fuit maiori severitate in Cap. II Const. *Apostolicae Sedis*;

quibus ephemerides censu librorum excludunt.

Ex his itaque nobis concludere licitum erit, ephemerides proprie dictas, uti *La Capitale, il Messaggero* etc., venire non posse librorum nomine, neque comprehendendi in prima parte Capitis II Pianae Constitutionis.

II. Perpendamus hinc utrum comprehendantur in secunda Capitis parte, qua interdicitur sub excommunicationis poena speciali modo pariter reservata lectio librorum cuiusvis auctoris per literas apostolicas nominatim prohibitorum.

Atqui et huic quaestioni breviter quidem, sed negative respondendum esse censemus: tum quia in hac secunda capitis parte vox *libri* eodem sumitur sensu; tum quia hi libri prohiberi debent per litteras apostolicas ex. gr. Brevia, Bullas, Encyclicas, aut aliud aliquod pontificium documentum *auctoritate apostolica* latum. At quanam est Bulla, Breve, aut aliud pontificium documentum, quo perniciosae ephemerides sub excommunicationis poena prohibita sunt? Ubi reperitur? Nos quidem nescimus; et e contra novimus, neque allocutionem a Pio Papa IX habitam die 1 Novembris 1874, neque epistolas circulares datas ab Eminentissimo Cardinali Urbis Vicario anno 1871, vim pontificii documentum auctoritate apostolica lati habere, ut infra videbimus.

Hinc ad expendendum argumen-

tum deductum ex fine latae prohibitionis gressum facimus. Et ut sincere loquamur, haec est ratio praecipua, cui innituntur illi, qui putant, ephemerides perniciosas, seu haeresim propugnantes, comprehendendi in censu librorum Cap. II. Constitutionis *Apostolicae Sedis* prohibitorum. Porro eiusmodi finis ad id tendit, et ut incorruptum fidei dogmatumque catholicorum depositum servetur, et ut catholici periculo perversionis sive circa dogmata, sive circa moralia praecepta immunes serventur.

Certum tamen est, non finem legis universaliter consideratum, sed finem constitutum et a legislatore intentum volitumque, atque comprehensum infra verba, quibus lex promulgata fuit, illum esse, qui in casu in lectores perniciosarum ephemeridum comminatum excommunicationem induceret. Si eiusmodi principium negemus, et e contra constabiliamus, excommunicationem incurri propter transgressionem finis universalis latae legis, quin ullus ad verba quibus promulgata fuit, respectus habeatur, in irritum profecto mittemus regulas et axiomata quaecumque, quibus in interpretatione legum poenaliolum ducimur. In citandis exemplis Constitutioni *Apostolicae Sedis* insistemus.

Cap. III, tit. 1, Pius Papa IX excommunicationi subiicit *Schismaticos et eos, qui a Romani Pontificis pro tempore existentis obe-*

dientia pertinaciter se subtrahunt vel recedunt. Finis, quem lata lege, sibi Pontifex praestituit, est integram unitatem catholicam conservare, quae per inobedientiam mandatis Pontificis Romani rumpitur. At hic finis nedum violatur ab Schismaticis, sed ab iis etiam qui Schismaticis auxilium, consilium, favorem praestant, multoque magis ab iis qui schisma faciendum mandant; etenim et hi unitatem catholicam abrumpere conantur. Si igitur quicumque legis finis attendendus esset, etiam mandantes, consulentes, et auxilium vel favorem schismaticis praestantes excommunicationi subiiciendi essent. Attamen nemo hos excommunicatos proclamat. Non alia profecto de causa nisi quia sub verbis quibus promulgata fuit haud comprehenduntur; in ea enim excommunicantur uni schismatici proprie dicti, quorum scilicet schisma de facto constet.

Pariter finis quem tum Capite V, tit. 1, tum Cap. II, tit. II sibi Legislator proposuit, fuit integrum conservare decus, honorem, dignitatem et immunitatem S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Episcoporum, aliorumque Clericorum, quorum profecto dignitas in pesum iret, si impune aut percuterentur, aut in carcerem conicerentur, aut interficerentur. Certum tamen est, honorem Ecclesiae viris, et multo magis, dignitatibus, debitam, minus aliquando percussio-

offendi, quam contumeliis, dictariis, calumniis in publicum sparsis, atque aliquando in faciem prolatis. Ergo ratione finis, etiam illi uti excommunicati essent habendi qui eiusmodi in ecclesiasticos perpetrarent. Nemo tamen hos excommunicatos proclamat, quia hi sub verbis legis non comprehenduntur, qua tantummodo excommunicantur *omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, etc. Cardinales, Patriarchas etc., et iniicientes violentas manus, suadente diabolo, in clericum etc.*

Et ne limites Capitis quod expendimus egrediamur; nemo certe negaverit se periculo peccandi contra fidem vel sanam morum doctrinam exponere tum qui libros proscriptos legit, tum qui eorum lectionem audit, atque eundem violare finem eiusmodi librorum lectionem consulentes. Attamen neque audientes, servatis servandis, neque consulentes ab Bullae coenae expositoribus excommunicati habebantur.

Prae omnibus audiatur Schmalzgrueber tit. VII de haereticis *nn. 49, 50.* « Si primum, tenetur excommunicatione, quia iubens ita » praelegi, in morali aestimatione » ipse censetur legere, cum ex » generali regula, quod quis facit » per alium, perinde sit ac si faciat » per seipsum. Si secundum, non » afficitur excommunicatione, quia » eo casu legere ipse moraliter non

» censetur. Quod extendit P. Wiener etiam ad eum qui talem librum praelegi aliis mandat, vel consulit, sed lectionem ipse non audit, quia cum libri lecti haereses nec visu, nec auditu mediante percipiat, non potest censeris legens, qui solus excommunicatione ista afficitur. Excipit casum, nisi mandato vel iussu suo haeresi favorem praestet. »

At hoc postremo casu excommunicationem incurreret ut haeresi favens, ideoque ex primo capite Const. *Apostolicae Sedis* excommunicatione plecteretur.

Sapienter igitur, ut ceteros omnes praetermittamus, Vecchiotti *loc. cit.* ita ratiocinia ducit: « Nec iuvat dicere quod sermo sit de causa fidei, de legibus ad eam tuendam latis, quae latam interpretationem merentur; nam si hoc statuatur principium, nulla lex ampliari non deberet; siquidem nulla adest lex quae, iuris naturalis obsequio, virtutisque observantiae non faveat; quod nemo umquam iuris canonici peritus admisit. »

Hinc demonstratum censemus, vulgatum axioma *manente fine legis, manet ipsa lex*, non esse intelligendum de fine universali, quique quomodolibet ad legem latam referatur, sed de fine proximo et immediato, qui ipsis verbis legis determinatur et circumscribitur: secus nescimus, an posita etiam limitatione censurarum a Pio Papa IX

promulgata, catholicus adsit qui aliquo modo excommunicatus non sit, quod finem latae legis quomodocumque violaverit.

Post haec rem inutilem facturos non arbitramur si nonnullas difficultates enodaverimus, quas contra nostram sententiam obiectas reperimus. Dicunt itaque 1° hanc legem non odiosam sed favorabilem esse, utpote quae promulgata fuerit in conservationem fidei et christi fidelium salutem; sed quod favorabile est, extendi debet, non restringi; ergo lex haec etiam ad perniciosas ephemerides est extendenda.

Huic difficultati ea respondemus quae supra ex cl. Vecchiotti retulimus. Sed ante eum Schmalzgrueber, *loc. cit. n. 35*, huic ipsi difficultati ita responderat: « Si Constitutio huius Bullae quatenus censuram excommunicationis infligit legentibus libros haereticos simpliciter favorabilis esset, quod in favorem fidei et defensionem fidelium ordinata sit, etiam favorabilis simpliciter foret lex poenalis qua homicidae et latrones puniuntur, cum et ipsa ad bonum Reipublicae, et defensionem innocentiae ordinetur. » Atque id ipsum dicatur de qualibet alia poenali lege.

Dicunt 2° hos articulos haeresim propugnantes aut constituros, aut posse considerari veluti partem alicuius libri haeretici.

Esto: At si articuli praedicti fu-

turi sunt pars libri alicuius haeretici; ergo hic et nunc non sunt pars; lex autem lata non fuit contra id quod considerari potest, sed quod de facto est. De cetero ephemeridum quotidianarum articuli, numquam fuerunt pars alicuius libri haeretici, ideoque comprehendendi non sunt sub lata lege. Addendum, non quolibet numero eiusmodi ephemeridum haeresim propugnari; atque insuper nesciri antequam legantur, an haeresim propugnent; nesciri insuper an auctores sint haeretici, et ad quam sectam pertineant; impossibile consequenter est quod sub Cap. II Pianae Constitutionis comprehendantur.

Dicunt 3° etiam talibus ephemeridibus animum catholicorum perverti, vel saltem incurrere perversionis periculum.

Ad quod respondemus, et hanc rationem identicam esse cum ratione finis, in eamque refundi; et constitutiones poenales neque ob identitatem rationis extendi posse de casu in casum, et valde discrepare librorum rationem ab ratione eiusmodi ephemeridum vel articulorum; etenim, ut scite advertit Schmalzgrueber *loc. cit.* libri manent diutius, et maioris sunt auctoritatis; e contra non omnes emunt ephemerides perniciosos articulos legendi, multo minus meditando, sed notitias politicas cognoscendi gratia; neque illas emunt ut eas conservent, sed maior lecto-

rum pars, post lectionem ad viliores usus adhibent; catholici autem dum haereticos articulos legunt, ira excandescunt, et auctores contemnunt; plurimi, notitiarum contenti lectione nil aliud legunt. Hae insuper ephemerides facillime deperduntur, aut lacerantur; et quia non quilibet numerus haereses continet, vel articulos completos, si numeri anteriores deperdantur, caeteri inutiles, vel fere redduntur. E contra qui emunt vel legunt libros manifestorum haereticorum, aut per litteras apostolicas prohibitos, eos malo animo emunt leguntque, in iisque meditantur; postquam insuper legerint, non eos proiciunt, prouti proiciunt ephemerides, sed diligenter eos reponunt servantque: libri enim non emuntur obolo; at quidquid pluris aestimatur, diligentia custoditur. Differentia igitur inter libros proprie dictos atque ephemerides maxima est; atque aliunde cuncti axioma noverunt: *Lex poenalis non est extendenda de casu in casum.*

Quid ad haec? opposituri ne erunt ea quae in suo Commentario pag. 34 profert Rñus Formisani Nolanus Episcopus, qui timet ne inutilis lex fiat, si ephemerides excipiantur? « Profecto, inquit, Titius domi retinet duo exemplaria operum ex. gr. Lutheri; illud compactum, hoc nondum compactum, ergo iuxta horum sententiam, (quam scilicet defendimus), si Titius legat opera iam

» in volumen compacta, excommunicatione percellitur; si autem » non compacta, excommunicatione » eximetur.»

At doctus Episcopus minime animadvertit propositum casum a nostro omnimodis discrepare. Opera enim Lutheri compacta, nec ne sint, differunt tantum exteriori forma, non quantum ad substantiam attinet, sicut ex. gr. nullimode relate ad substantiam differt opus certi auctoris compactum a nondum compacto; neque animadvertit, haec duo exemplaria praeserere Lutheri nomen, cuius opera condemnata fuere per apostolicas litteras; Lectorem insuper dum legit partem operis non compacti, legere partem operis iam existentis, completi, notissimi, atque damnati, ad instar illius qui paullatim legit opus aliquod iam compactum; atque exinde non perspicimus quatenus adsit similitudo inter propositum a Rmo Formisano casum, et casum nostrum. Neque exinde lex lata inutilis redditur. Etenim quaelibet lex, poenalis praesertim, non id intendit ut obtineat omnes posibles effectus, sed illos tantum quos verbis comprehendit; hinc tum solum lex inutilis redderetur, si exclusis ex. gr. ephemeridibus, nullum sequeretur effectum et bonum; hoc enim tantum casu valet argumentum deductum ex inutilitate latae legis. At in casu nostro id minime sequitur; etenim et firma consistit excommunicatio lata in legentes

libros propugnantes haeresim, atque insuper adsunt speciales rationes, quibus demonstratur ephemerides noxias sub librorum censu non esse comprehendendas.

Argumentum igitur a Rmo Nolano Episcopo propositum solidum esse non videtur, ipsumque oppugnari a praestantioribus doctoribus. Neque illud praetermittimus, quod ipsemet sub fine articuli, pag. 35 confitetur, in proposito casu *reperiri veram practicam difficultatem, cui generalis responsio dari nequit, tum quia ephemerides non semper continent atque propugnant haeresim, tum quia tales ephemerides uti cito nascuntur, ita cito intereunt.*

Ipsae tamen hanc practicam difficultatem superare nititur huiusmodi: « In genere dici potest, » ita inquit sermone tamen italico, » ut notum est, quod cum homines docti atque prudentes, et » praesertim auctoritas ecclesiastica » notum fecit, his vel illis ephemeridibus haeresim propugnari, graviter prohibitum esse fidelibus » eas legere, ne perversionis periculum incurrant, et si in his vel » illis ephemeridum numeris haeresis reapse propugnetur, incurritur excommunicatio. »

At non putamus, lectorum nostrorum mentem eiusmodi abripi ratiocinio.

1°. Quia consequentia logice ex praemissis non profluit.

2°. Quia non sunt homines docti

et prudentes qui possint excommunicationem inferre, sed Episcopus pro sua Dioecesi, Pontifex Romanus pro universis catholicis. Exinde vero non negamus, post eiusmodi consilia ab auctoritate ecclesiastica praesertim porrecta, talium ephemeridum lectores graviter peccare; at negari neque potest, eos graviter peccaturos etiam sine eiusmodi consilio, si scientes volentesque ephemerides perniciosas legerint.

3°. Quia ad inducendam excommunicationem satis non est prohibitio simplex talium ephemeridum; sed requiritur prohibitio sub poena excommunicationis.

4°. Quia cum lectores nesciant, an hic vel ille ephemeridum numerus haeresim contineat, quomodo excommunicationem latam incurrere poterunt, cum Pius Papa IX excommunicarit legentes *libros cuiusvis auctoris per apostolicas litteras nominatim prohibitos*; de quibus consequenter antea sciendum est quod contineant haeresim?

5°. Quod si Rmus Episcopus Formisano id significare vult (quod quidem non videtur, attamen dicere necessario deberet suae sententiae defendendae gratia), incurri scilicet excommunicationem, quia ephemerides hae vel illae (ex. gr. la Capitale) *in globo*, ut dicitur proscriptae fuere, nempe quilibet earum numerus; hoc in casu, et dato quod prohibitio lata fuerit sub poena excommunicationis latae sententiae,

ad incurrendam censuram necessarium non esset legere numeros haeresim propugnantes, incurreretur enim cuiuslibet lectione numeri quamvis ab haeresi immunis; ad instar prorsus illius qui legeret partem libri per apostolicas litteras nominatim prohibiti, quamvis pars illa nullum contra fidem errorem vel propugnaret, vel contineret. Etenim legislator integram sub excommunicationis poena librum prohibuit, quamvis nosset non omnes paginas haeresim continere, plurimas insuper esse quae veritati nituntur.

III. Inquirere tertio loco debemus utrum ob allocutionem a Pio Papa IX habitam die 4 Novembris an. 1874 contraria sententia confirmetur, nostra autem detrimentum recipiat. Quod omnino negamus.

Revera, dato et non concesso, quod citatae Allocutioni ea tribuatur vis quae legibus proprie dictis tribuitur, quod inferius expendemus, nil aliud inferret quam confirmationem legum iam existentium atque promulgatarum. « Alias, » dicit Pontifex, eiusmodi ephemerides a nobis prohibita fuere; et » nunc iterum eas prohibemus, et » ut melius loquamur, *confirmamus antiquas prohibitiones cum adnexis censuris.* »

Consequenter Pius Papa IX, allocutione praedicta non promulgavit novam prohibitionem, sed antiquas, seu iam existentes confir-

mavit. Ergo confirmatio ab eo facta tantum inferet quantum inferebant antiquae prohibitiones circa ephemerides haeresim propugnantes, et nihil aliud.

At quaenam sunt eiusmodi antiquae prohibitiones? Pontifex unam exhibet ab ipsomet indictam; atque continetur in epistola ad Eminentissimum Cardinalem Urbis Vicarium data sub die 30 Iunii 1881, qua inter alia haec praecipit: « Interim ut malorum tot eluvioni » ager aliquis opponatur, Epistolam Parochis mittes, dilecte filii noster, ut admoneant Paroecianos, nonnullarum ephemeridum, quae praesertim hic Romae evulgantur, lectionem esse ipsis interdictam; atque haec inhibitio ita denuntietur, ut cognoscant qui violant, violationem hanc non veniale, sed grave esse peccatum. » *Acta S. Sedis, Vol. VI, pag. 342.*

Pius IX igitur prohiberi vult perniciosas ephemerides sub peccati mortalis poena, non excommunicationis. Lectores igitur eiusmodi ephemeridum graviter quidem peccabunt, at excommunicati non erunt.

Eminentissimus Cardinalis Vicarius epistolas circulares reapse ad Parochos dedit die 6 Iulii 1871, quibus praecipit. « Declarent porro RR. Parochi, ex ipso naturali iure huiusmodi ephemeridum lectio-

» nem Catholicis prohiberi ob proximum quod adeunt periculum » in fide deficiendi; quumque de » praeepto in re gravi agatur, qui » violant, non venialis, sed gravis » culpa reos ante Deum evadere. » *Ibid. pag. 345.*

Ne quis autem excusationem adducat, « nescire se quaenam sint » ephemerides summopere impudentes, fictae, mendaces, et irreligiosae, quas proscribi vult » Pater Sanctissimus, praecipuas adnotamus (1). » Atqui hae omnes ephemerides impudentiores sub gravi culpa prohibentur, minime sub poena excommunicationis. Ergo allocutio diei 1 Novembris 1874 referri non potest ad hanc prohibitionem diei 6 Iulii, anni 1871.

Perpendamus hinc utrum referatur ad generales prohibitiones quae in regulis Indicis habentur, ut Commentator Patavinus arbitratur.

Atqui 1° Patavini sententia nobis admodum obscura videtur. Primum dicit, Pium Papam IX verbis: *renovamus antiquas prohibitiones cum adnexis censuris* intellexisse *generales prohibitiones, quae in regulis Indicis habentur, quibus etiam adnectuntur censurae*; deinde affirmare videtur has censuras illas esse quae latae reperiuntur in Constitutione *Apostolicae Sedis*. « Nihil » que aliud R. Pontifex suis ordinationibus praestitit, quam eas-

(1) *Id est* La Libertà Gazzetta del popolo - La Capitale Gazzetta di Roma - Il Tempo - Il Tribuno - Don Pirlone figlio - Il Diavolo color di Rosa - La Nuova Roma - La Raspa - La Vita nuova - La Concordia - Il Mefistofele. *Ibid. pag. 346.*

» dem prohibitiones renovare ac » confirmare, renovando una simul » adnexas censuras ad normam Constitutionis *Apostolicae Sedis*. »

Quid est hoc? Si Pius IX per verba *antiquas prohibitiones* regulas Indicis indigitare voluit, cum affirmarit se *renovare antiquas prohibitiones cum adnexis censuris*, hae erunt censurae latae in Indice, non latae in Const. *Apostolicae Sedis*. Si autem indigitavit prohibitionem librorum prohibitorum, de qua sermo est in Const. *Apostolicae Sedis*, adnexae censurae hae erunt, et minime censurae adnexae regulis Indicis. Ni fallimur tamen, sensus cl. Patavini Commentatoris hic esse videtur, Pium IX scilicet confirmasse quidem antiquas prohibitiones contentas in regulis Indicis, sed quantum ad censuras attinet, cum censurae in Indice latae nullam vim haberent, ut infra videbimus, illis adnexuit censuras latas Cap. II Const. *Apostolicae Sedis*.

At hoc in casu falsum esset, censuras fuisse adnexas antiquis prohibitionibus; non intelligeremus quomodo Pius IX prohibitiones illas quidem confirmarit, non autem adnexas censuras contra obvium verborum sensum; non intelligeremus insuper qua de causa perculerit excommunicatione speciali modo reservata lectores perniciosarum ephemeridum, cum hi in genere non adeo delinquant ut lectores librorum prohibitorum; hi enim

vetitos libros emunt et legunt scientes volentesque in contemptum Ecclesiae, illi vel aliis de causis, et nescientes an numeri quos emunt haeresim contineant, ut alias differentias praetereamus; atque aliis silentio pressis, Commentatori Patavino onus probandi incumberet, illum esse sensum verborum Pii IX; quod tum solum probare poterit cum authentica declaratio Pontificia accesserit. Demum non intelligimus et quomodo renovari lex possit, cui adnectatur sanctio diversae legis, quin exprimatur, et quomodo in casu poenam quis incurrat.

Et haec quantum ad processum logicum, in quo si opinio nos fefellit, veniam petimus.

Attamen verum ne est, Pium IX pro perniciosis ephemeridibus renovasse et confirmasse regulas Indicis cum censuris adnexis? Neganda sententia est 1°. quia post Constitutionem *Apostolicae Sedis* excommunicatio in Indice lata vim suam amisit. « Hac perpetuo » tura Constitutione, inquit Pius IX, » decernimus, ut ex quibuscumque » censuris sive excommunicationis, » sive suspensionis, sive interdicti, » quae per modum latae sententiae, » ipsoque facto incurrendae hactenus impositae sunt, nonnisi illae, » quas in hac ipsa Constitutione inserimus, robur exinde habeant. » Atqui excommunicatio lata in Indice est *latae sententiae*; renovata insuper fuit maiori severitate in Cap. II Const. *Apostolicae Sedis*;